

Vestium æmulatione cum Floribus historiam recitat, ibi:
 (y.) In quibus unguento vicisse Naturam gaudens luxuria,
 Vestibus quoque provocavit eos flores, qui Colore commendantur,
 hos animadverto, Tres esse Principales: Unum in Cocco, qui in
 Rosis micat. Gratius nihil traditur ad spectu, & in Purpuras Tyri-
 as, Dibafasq, ac Laconicas: Alium in Amethysto, qui in Violâ:
 & ipse in Purpureum, quem Ianthinum appellavimus; Genera
 enim tractamus, in species multas sese spargentia: Tertius est,
 qui propriè Conchylii intelligitur multis modis: Unus in Helio-
 tropio, & in aliquo ex his saturatior; alius in Malvâ, ad Purpu-
 ram inclinans; alius in Violâ Serotinâ, Conchyliorum vegetis-
 sima.

(y.) lib. 21. cap. 8.

§. 12. Ex quâ Descriptione Purpureum Colorem esse
 dicimus, qui magis ad rubedinem tendit, saturo satis Colo-
 re, ut Rosæ purpureæ; quem alibi (z.) nigricantis Rosæ co-
 lore sublucentem dixit: alium dilutiorem, ut Violæ marinæ
 præcocis, quæ ἰοῦ dicitur à Græcis. Altera verò Species Pur-
 puræ illa videtur, quæ ex rubro magis ad cœruleum tendit
 dilutum, & dicitur propriè Conchylium, ut Heliotropii co-
 lor vel purpureæ Malvæ; aut magis obscurum, ut Violæ,
 Serotinæ, quod est, Violæ purpureæ montanæ; de quo
 Virgilius: (a.)

— Viola subluces Purpura nigra;

qui alibi à Plinio Austerus Color in Glaucis, & irascenti similis
 Mari dicitur.

(z.) lib. 9. cap. 36.

(a.) lib. 4. Georg.

§. 13. Colorem hunc Conchylii sine Buccino fieri, tra-
 dit idem Plinius, eâ ratione, quia Buccinum ad Rubedinem
 Rosæ, aut Cocco similem, ferè tendit: Purpura verò magis
 Viola-